www.e-rara.ch

# Ioannis Manardi Medici Ferrariensis, Hac Aetate omnium medicinae professorum per uniuersam Italiam, in Galeni doctrina & Arabum censura celeberrimi, & optime meriti, Epistolarvm Medicinalium libri ...

**Manardi, Giovanni**

**Basileae, M. D. XXXV**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Gal St 60,3

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-51673

Ioan. Manardus Ferrariensis medicus, iuvenibus medicinae studiosis.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# IOAN. MANARDVS FERRARIENSIS MEDICVS, IVVENIBVS Medicinæ studiosis.

QVEMADMODVM nihil mihi curæ magis fuit iuueni, quàm indagandæ in omnibus bonis artibus, & præcipue in medicina, undequaq; ueritatis gratia diuersa loca perlustrare, doctorum hominũ colloquia inire, bibliothecas rimari, schedas euoluere, & diuersarum linguarum cõmentaria perlegere: ita nihil aliud curandum magis nunc uidetur seni, quàm quicquid longo usu, & multiplici lectione didici, publicis priuatisq; lectionibus, & domesticis colloquijs, uobis ô boni iuuenes aperire. Sed ob maligna, in quæ incidimus tempora, à publicis lectionibus penitus uacare necesse est: & ob aduersam ualetudinem, nunc etiã à priuatis: quibus tametsi, Dei optimi munere restituta sanitate, operam dare possemus, pauci tamen omnino, ob tumultus bellicos essent, qui nostris lectionibus adesse, & sermonibus aures possent accommodare. Mecum igitur animo euoluens, quonã alio modo profectui uestro possem cõsulere, nulla mihi alia se ostendit uia, quàm ut mutato antiquo meo, nihil hoc pacto inuulgandi instituto, quod uiua (ut aiunt) uoce facere non ualeo, per eos facerem qui libros formis excudunt. Inter uaria autem, quæ à me obseruata literis mandata sunt, non paruo emolumento uobis fore existimaui, annotationes quasdã libro meo, Ioannis cognomento Mesue, per me olim adiectas, ut quẽ diurna nocturnaq; manu uersant Medici: in quibus multa obscura declarant, cõcisa ampliãtur, amissa resarciunt, & errata corriguntur. Inuidiosum scio esse hoc uerbum, ijs præsertim qui cum eo consenuerunt: sed tantum apud me potest ueritatis & profectus uestri amor ô iuuenes, ut quicquid de me illi uel sentiant uel loquantur, susq; deq; faciam: reliquũ hoc, quantulumcunq; id erit uitę, utilitati uestræ despondens. A uobis tamẽ unum hoc mihi pro laboribus hisce meis rependi stipulor, ut scilicet in nostris iudicandis, nullius magis uel mortui uel uiuentis autoritati, quàm rationibus, & ueritati credatis: nihil perinde noxium in omni uita esse scientes, quàm uulgarem hãc persuasionem, qua maiorum decreta, absq; delectu pro oraculis habentur. Accipite igitur hęc nunc bonę mẽtis iuuenes, & meliora indies, Deo fauente, à nobis expectate. Ex ędibus nostris Ferrarię, quarto nonas Decemb. M. D. XXI.